



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

S. Leontius M. 18. Junii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

386 VITÆ SANCTORUM. 18. Iunii.
eum accensa studia sunt, ut Aurelianenes
Dunensesque mortui exuviis inhian-
tes, propè ad arma venerint. Jam castra
castris opposita stabant, concursumque
fuerisset, ni Leusus quispiam summo ge-
nere vir furentes monuisset, ne crudeli-
pietate Divum offenderent. Ultinam pa-
ri studio pro virtutibus certaretur, quas
in medio positas nulli invidet nobilissi-
mas sine dubio omnium Reliquiarum.

Ex Surio.

*Uperiorem fructum præbet audientibus
Sanctorum vita, quam miracula: Illa exi-
git imitationem, ista ingerunt admiratio-
nem: miracula docent quam sancti fue-
runt; vita verò insinuat, qualiter & nunc
homines fieri valeant sancta. S. Pet. Dam.
l. 1. ep. 19.*

S. LEONTIUS M. 18. Iunii.

Vespasiani ayo, Leontius militiæ
artibus clarus Christianæ pietatis
pœnas dedit, Arcadio mite Cæsaris in-
genium in virtutum excidium incitan-
te. Datur Hypatio negotium hominis
comprehendendi; is in procinctu febre
corripitur; quâ se non antè levandum,
Angelo docente, intelligit, quam Deum
Leontii supplex inclamasset. Di-
ctum, factum; et si ne sic quidem cru-
dele ministerium deseruit; sed cum
Theodulo Tripolim Leontio im-
minens abiit. Enimvero non refugit cap-
tatores.

18.Iunii.VITÆ SANCTORUM. 387
tatores nobilis præda; quin imò domum
deductis, comiterque acceptis, ultrò sese
aperuit, sed jam attonitis inauditâ huma-
nitate, & imperii oblitis. Tum demum
Hypatius suspicere L E O N T I I Deum,
qui suis cultoribus hos mores, talem in-
dolem daret; eundem Theodulus de-
prædicare, unaque poscere tam sancto
utrumque Numini iniciaret. Favit cælum
votis, & roscida nubes in imbreu soluta
capitibus superfunditur. L E O N T I U s
tinctos Deo consecrat. Adrianus re in-
tellectâ furere, & nihil profecturis sævi-
tiæ artibus tentare veterani pariter & ty-
ronum constantiam; & hi quidem, post
equuleum, nucum & verbera, capite im-
minuti sunt. L E O N T I U s longâ patien-
tiâ præsidis ingenium lassavit, & totum
carnificinæ apparatum exhausit; donec
pendenti continuâ verberatione anima
extorta est. Utinam, quemadmodum
Themistocli trophæa Miltiadis, ita no-
bis L E O N T I I triumphus somnum ex-
cuteret! Ex Surio.

*Quem bene vivere omniaque ad Dei cul-
tum referre intelliges, et si semper in carcere
vixerit, vel panper sepulchro recolsus com-
busitusque fuerit, si tractim perdendum
corpus præbuerit, nihilominus hunc beare,
hunc felicem dicere, hunc ad sidera collers
memiveris. S. Christ. ser. de Virt. & Vit.*

Bb 3.

S. LO